



**Ivsti Baronii Veteracastrensis SS. Th. Et I. V. D.  
III[ustrissi]mo Arch[iepisco]po Moguntino à Consilijs.  
Epistolarvm Sacrarvm Ad Pontificem Max. Et Amplissimos  
Cardinales &c. Libri VI**

**Baronius, Justus**

**Mogvntiae, 1605**

Epistola X. Cinthivs Aldobrandinus S. R. E. Cardinalis Ivsto Baronio  
Veteracastrensi. S Admodum Magnifice & Ornatisse Domine.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70614](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70614)

## EPISTOLA X.

CINTHIVS ALDOBRANDI  
nus S. R. E. Cardina-  
lis

IVSTO BARONIO VETE-  
racastrensi. S.

Admodum Magnifice & Ornatissime  
Domine.

PATERVM S. D. N. erga te animum de-  
clarare pergunt alteræ Stis S<sup>z</sup> litteræ,  
quas etiam mitto. Quid autem & ipse causa  
tua velim, mallem equidem solidis officijs,  
quam verbis ostendere : & ostendam vel  
non rogatus, vbiunque se eius rei dabit fa-  
cultas. Sic enim existimare debes, non so-  
lū me ex tua ad Catholicā fidem conuersi-  
one singulari quodam gaudio affectum, sed  
etiam statim erga te sic fuisse animatum, vt  
in te diligendo nemini eorum concedam,  
quos nosti esse tui amantissimos. Prioribus  
Stis S<sup>z</sup> litteris ego itidem officij causa co-  
mites adiunxeram paucos versiculos, quos  
vna tibi redditos arbitror. Ut vt sit, hosce  
denuò certissimos testes habebis meæ in te  
propensissimæ voluntatis. Quod reliquum  
est, à Deo Opt. Maximo summis precibus  
cōtendo, vt quemadmodum mente & ani-  
mo, sic etiam corpore perpetuò valeas, cui  
iterum

iterum omnia studia atque officia mea lu-  
bens defero ac polliceor. Romæ die 14. Iu-  
lij M.DCI.

EPISTOLA XI.

CÆSAR BARONIVS SORĀ-  
nus S.R.E. Cardina-  
lis

IVSTO BARONIO VETERA-  
castrensi S.

Clarissime Domine.

**A**CCEPT litteras tuas, ex quibus sum-  
mum dolorem hausī, quod te, quem  
hoc tempore, quo itineri te cōmiseras, rectē  
valere optaueram, nunc in mōrbū incidiisse  
intelligam. Evidem summoperē cuperem  
pluribus verbis te consolari, nisi scirem ea  
te fortitudine esse, vt à nullo potius, quām à  
te allevationem ullam debeas expectare:  
cum omnino confidam,<sup>a</sup> infirmitatem hanc ~~etiam tr~~ <sup>¶</sup>  
non esse ad mortem, quod olim Dominus no-  
ster Iorobus Lazari ægrotantis respondit,  
sed pro gloria Dei. Porro cum S. D.N. egide  
rebus tuis, qui ea propensione in te est ani-  
mat⁹, vt nihil æque desideret, quām vt omnia  
tibi cedant felicissimè. Quapropter bono  
animo esto. Etsi enim constitutus sis (vt  
Paulus ait)<sup>b</sup> in labore, in arsumna, in vigilijs,<sup>b s. Cor. iii.</sup>  
in frigore, <sup>c</sup> nuditate, <sup>c</sup> confidetamen in Do-<sup>27.</sup>  
G mino;<sup>c Pf. t. ¶. 1.</sup>